

tur Rmus Canonicus Godefridus Lamarche, et admittitur, quod sic se habet :

7. 17. 18. 18. 18. 18. 18. 18.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Per hoc præsens publicum instrumentum notum sit quod, Anno Domini millesimo octingentesimo septuagesimo tertio, die vero Mensis Martii sexta, a Reverendissimis Dominis Canonicis Josepho-Octavio Paré, Primicerio, Hyppolito Moreau, Archidiacono, Eduardo-Carolo Fabre, Theologo, Paulo Leblanc, Pœnitentiaro, Théodoro Plamondon, Stephano Hicks et Edmundo Moreau, ad infrascripta capitulariter congregatis, atque Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Marianopolitane facientibus et representantibus, Reverendissimus Dominus Canonicus Godefridus Lamarche electus fuit ut pro eis compareat, interveniat et assistat in Concilio Provinciali in Ecclesia Metropolitana Quebecensi, sub Illustrissimo ac Reverendissimo D. D. Elzearo-Alexandro Taschereau, Quebecensi Archiepiscopo, ac in quibuscumque Congregationibus privatis et generalibus tam in Palatio Archiepiscopali Quebecensi quam in dicta Ecclesia Metropolitana et alibi servandis et tenendis, ac eorum votum dicat et ferat ac omnia alia faciat quæ præfati Reverendissimi Domini Canonici Constituentes facere possent si personaliter adessent.

Datum Marianopoli, die et anno quibus supra sub sigillo dictæ Cathedralis Ecclesiæ Capituli.

L. S.

De mandato Reymi Marianop.

Cath. Eccl. Capituli.

(Sign.)

P. LEBLANC,

Can. Pœnit. Cap. Secrius.